UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Petri Danielis Huetii Demonstratio Evangelica

Huet, Pierre Daniel

Parisiis, 1679

Caput nonagesimum octavum. Jesu claritas & gloria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-16260

Visual Library

dierit uſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringentur, ſicut & ego accepi à Patre meo.

Apoc. 3. 21. *Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi cum Patre meo in throno ejus.*

Apoc. 4. 4. *Et in circuitu ſedis ſedilia viginti quatuor, & ſuper thronos viginti quatuor ſeniores ſedentes, circumamicti veſtimentis albis, & in capitibus eorum coronæ aureæ.*

Apoc. 5. 10. *Et feciſti nos Deo noſtro regnum, & ſacerdotes, & regnabimus ſuper terram.*

Apoc. 20. 4, 6. *Et vidi ſedes, & ſederunt ſuper eas, & judicium datum eſt illis; & animas decollatorum propter teſtimonium Jeſu … … & vixerunt, & regnaverunt cum Chriſto mille annis …… Beatus ſanctus qui habet partem in reſurrectione prima: in his ſecunda mors non habet poteſtatem, ſed erunt ſacerdotes Dei & Chriſti, & regnabunt cum illo mille annis.*

Apoc. 22. 5. *Et nox ultra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neque lumine Solis; quoniam Dominus Deus illuminabit illos, & regnabunt in ſecula ſeculorum.*

CAPUT XCVIII.

Jeſu claritas & gloria.

PSALM. 8. 5, 6. *Quid eſt homo, quod memor es ejus? aut Filius hominis, quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.*

Pſalm. 23. 7, & ſeq. *Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloriæ.*

Pſalm. 109. 1, & ſeq. *Dixit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis: donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominare in medio inimicorum tuotum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſanctorum …… De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput.*

Eccli. 24. 1, & ſeq. *Sapientia laudabit animam ſuam, & in Deo honorabitur, & in medio populi ſui gloriabitur, & in Eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum, & in conſpectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi ſui exaltabitur, & in plenitudine ſancta admirabitur, & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur.*

MATTH. 16. 27. *Filius enim hominis venturus eſt in gloria Patris ſui cum Angelis ſuis; & tunc reddet unicuique ſecundum opera ejus.* Et Matth. 19. 28. & 24. 30. & 25. 31. & 26. 69. Marc. 8. 38. Luc. 9. 26. & 21. 27.

Matth. 17. 1, & ſeq. *Et poſt dies ſex aſſumit Jeſus Petrum, & Jacobum, & Johannem fratrem ejus, & ducit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos: & reſplenduit facies ejus ſicut Sol, veſtimenta autem ejus facta ſunt alba ſicut nix …… Ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens, Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipſum audite.* Et Marc. 9. 2, & ſeq. Luc. 9. 28, & ſeq.

Luc. 24. 26. *Nonne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam?*

Joh. 1. 14. *Et Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quaſi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis.*

Joh. 2. 11. *Hoc fecit initium ſignorum Jeſus in Cana Galilææ, & manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum Diſcipuli ejus.*

Joh. 7. 39. *Nondum enim erat Spiritus datus, quia Jeſus nondum erat glorificatus.* Et Joh. 12. 16.

Joh. 11. 4. *Audiens autem Jeſus dixit eis, Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro glo-*

Iſa. 4. 2. *In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis.*

Iſa. 49. 5. *Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero ſervum ſibi, ut reducam Jacob ad eum, & Iſraël non congregabitur, & glorificatus ſum in oculis Domini.*

Iſa. 52. 13. *Ecce intelliget ſervus meus, & exaltabitur, & elevabitur, & ſublimis erit valde.*

Dan. 7. 13, 14. *Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cæli quaſi Filius hominis veniebat, & uſque ad Antiquum dierum pervenit, & in conſpectu ejus obtulerunt eum. Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum; & omnes populi, tribus, & linguæ, ipſi ſervient: poteſtas æterna, quæ non auferetur, & regnum ejus quod non corrumpetur.*

Zach. 6. 12, 13. *Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Ecce vir, Oriens nomen ejus, & ſubter eum orietur, & ædificabitur Templum Domino, & ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo.*

Zach. 14. 6. *Et veniet Dominus Deus meus, omneſque ſancti cum eo.*

ria Dei, ut glorificetur Filius Dei per eam.

Joh. 12. 23. *Jeſus autem reſpondit eis dicens, Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.*

Joh. 13. 31, 32. *Cum ergo exiſſet, dixit Jeſus, Nunc clarificatus eſt Filius hominis, & Deus clarificatus eſt in eo. Si Deus clarificatus eſt in eo, & Deus clarificabit eum in ſemetipſo, & continuo clarificabit eum.*

Joh. 14. 13. *Et quodcunque petieritis Patrem in nomine meo, hoc faciam, ut glorificetur Pater in Filio.*

Joh. 16. 14. *Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis.*

Joh. 17. 1, & ſeq. *Hæc locutus eſt Jeſus, & ſublevatis oculis in cælum dixit, Pater, venit hora, clarifica Filium tuum, ut Filius tuus clarificet te ...... Et nunc clarifica me tu, Pater, apud temetipſum, claritate quam habui, priuſquam mundus eſſet, apud te ...... Et mea omnia tua ſunt, & tua mea ſunt, & clarificatus ſum in eis.*

Act. 3. 13. *Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Jacob, Deus Patrum noſtrorum, glorificavit Filium ſuum Jeſum.*

Act. 5. 31. *Hunc principem & Salvatorem Deus exaltavit dextera ſua, ad dandam pœnitentiam Iſraëli, & remiſſionem peccatorum.*

1. Cor. 2. 8. *Si enim cognoviſſent, numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent.*

2. Cor. 4. 4. *In quibus Deus hujus ſeculi excæcavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelii gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.*

Eph. 1. 19, & ſeq. *Nos qui credimus ſecundum operationem potentiæ virtutis ejus, quam operatus eſt in Chriſto, ſuſcitans illum à mortuis, & conſtituens ad dexteram ſuam in cæleſtibus ſupra omnem principatum, & poteſtatem, & virtutem, & dominationem, & omne nomen quod nominatur, non ſolum in hoc ſeculo, ſed etiam in futuro. Et omnia ſubjecit ſub pedibus ejus, & ipſum dedit caput ſupra omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo ejus, qui omnia in omnibus adimpletur.*

Phil. 2. 9, & ſeq. *Propter quod & Deus exaltavit illum, & donavit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine Jeſu omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei Patris.*

Col. 2. 10. *Eſtis in illo repleti, qui eſt caput omnis principatus & poteſtatis.*

2. Theſſ. 1. 9, 10. *Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini, & à gloria virtutis ejus, cum venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt.*

Ebr. 1. 3, & ſeq. *Qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ ejus ...... ſedet ad dexteram majeſtatis in excelſis; tanto melior Angelis effectus, quanto differentius præ illis*

nomen hæreditavit ...... Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei ..... Thronus tuus, Deus, in ſeculum ſeculi; virga æquitatis, virga regni tui. Ad quem autem Angelorum dixit aliquando, Sede à dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?

Ebr. 2. 5, & ſeq. *Non enim Angelis ſubjecit Deus orbem terræ futurum, de quo loquimur. Teſtatus eſt autem in quodam loco quis dicens, Quid eſt homo, quod memor es ejus? aut Filius hominis, quoniam viſitas eum? Minuiſti eum paulo minus ab Angelis, gloria & honore coronaſti eum, & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus. In eo enim quod omnia ei ſubjecit, nihil dimiſit non ſubjectum ei. Nunc autem necdum videmus omnia ſubjecta ei. Eum autem qui modico quam Angeli minoratus eſt, videmus Jeſum propter paſſionem mortis, gloria & honore coronatum.*

Ebr. 3. 3. *Amplioris enim gloriæ iſte præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricavit illam.*

1. Petr. 1. 11. *Spiritus Chriſti prænuntians eas quæ in Chriſto ſunt paſſiones, & poſteriores glorias.*

1. Petr. 4. 11. *Ut in omnibus honorificetur Deus per Jeſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum.*

2. Petr. 1. 16, 17. *Non enim doctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Jeſu Chriſti virtutem & præſentiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Patre honorem & gloriam, voce delapſa ad eum hujuſcemodi à magnifica gloria, Hic eſt Filius meus dilectus, in quo mihi complacui; ipſum audite.*

Apoc. 5. 12, 13. *Dignus eſt Agnus, qui occiſus eſt, accipere virtutem, & divinitatem, & ſapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam, quæ in cælo eſt, & ſuper terram, & ſub terra, & quæ ſunt in mari, & quæ in eo, omnes audivi dicentes, Sedenti in throno, & Agno benedictio, & honor, & gloria, & poteſtas in ſecula ſeculorum.*

CAPUT XCIX.

Diſcipulorum Jeſu claritas & gloria.

1. Reg. 2. 30. *Nunc autem dicit Dominus, Abſit hoc à me; ſed quicunque glorificaverit me, glorificabo eum.*

Pſalm. 36. 34. *Expecta Dominum, & cuſtodi viam ejus, & exaltabit te.*

Pſalm. 83. 10, & ſeq. *Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum. Quia miſericordiam &*

Matth. 19. 28. *Jeſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quod vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit Filius hominis in ſede majeſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, judicantes duodecim tribus Iſraël.* Et Luc. 22. 29, 30.

Matth. 23. 12. *Qui autem ſe exaltaverit, humiliabitur; & qui ſe humiliaverit, exaltabitur*